



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 34. Rationes immoderatæ cujusdam Canoniorum Regularium Abbatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. Denique Legatos rogabat, ne horum
A.C. 1562. suffragia respicerent, qui a principio
 rem ad Pontificem referendam censue-
 rent, eo quod confuse sententiam suam di-
 xissent: suffragiorum ergo potius delectus
 habeatur, sicuti aliis vicibus factum,
 curandumque, ut diserte singuli *ita, vel*
non respondeant, subdolis, artificiosisque
 rationibus omissis, quibus nonnulli ad
 complacendum, offensionemque vitan-
 dam in aliis occasionibus utebantur.

§. XXXIV.

*Rationes immoderate cujusdam Ca-
 nonicorum Regularium Abbatis.*

*Pallav. c. 4.
 n. 18. & 19.
 Sarp. p. 551.*

Hæc oratio Joannem Muvantonium
 Ord. S. Augustini Religiosum, Se-
 goviensem Episcopum, ac Hispani Prin-
 cipis Moderatorem tantopere convince-
 bat, ut palam profiteretur, quod quidem
 a principio existimasset, calicis gratiam
 non esse negandam, ex quo tamen audi-
 verit Episcopum Rheatinum, ad exo-
 nerandam conscientiam, de priori sen-
 tentia se recedere, & negantium par-
 ti ad stipulari dicebat, ac Concilium ad-
 monebat, ut in hac causa sedulo dispi-
 ciat, ne tunc, dum Cæsareæ Majesta-
 tis desideriis parum provide satisfacere
 nititur, aliis Principibus creet præjudi-
 cium; ceterum ulterius adhuc progredie-
 batur Richardus Vercellensis Cano-
 nicus

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

nicus Regularis, ac Prevalensis Abbas, qui hanc Calicis petitionem de hæresi suspectam esse pronuntiabat: inde vero tanta inter Patres oriebatur indignatio, ut Mantuanus Cardinalis hujus effati audaciam acriter reprehendere cogeretur, eoquod quæstionem, quæ saperet hæresin, a Papa, & Concilio in consultationem fuisse adductam, asserere ausus fuisset. Verum Abbas inconsultam verborum suorum rationem perpendens, cum interea alius quidam Abbas peroraret, e sede sua surgens sese ad Legatorum pedes abjecit, petitaque venia, coram iisdem, ac Synodi Patribus publice ea, quæ dixit, revocavit: postea vero prolixum quoddam scriptum evulgabat, in quo rationes pro repulsa confirmare, simulque superiora sua dicta explicare conatus est, omnique culpa a Cæsare remota, eandem rejecit in eorum importunitatem, qui Cæsarem impellebant, ut in eo deprecatores agerent: declaravit quoque, quod sententiam suam Patrum judicio subicere vellet.

§. XXXV.

Lainefius supremus Societatis Moderator ultimo perorans.

Denique Pater Lainefius supremus Societatis Præpositus, qui postremus *Pallav. c. 4. n. 2.*
sen-